

hēc dissimilitudo est in multis. ¶ Primo inter possessorem, & rem suam inanimatam non est mutua obligatio, quia neque possessor habet obligationem ad rem ipsam posses-  
sam, quia ei in nullo est obligatus, neque res possessa, [maxime si est inanimata] habet obli-  
gationem ad possessorem. Sicut neque diues  
est obligatus suo auro, neque aurum dīuiti  
Domino suo est obligatum. Pastor vero suę  
obligatus est oui, vt eam vitę boneę exemplo,  
& doctrinę, & Sacramētorū ministerio pascat,  
etiam usque ad mortem. Bonus Pastor animā  
suam dat pro ouibus suis. Ouis autem suo est  
obligata Pastorī, vt ei in pertinentibus ad suā  
salutem, obediatur, ad Hebre. 13. Obedite Prepo-  
sitis vestris, et subiycite illis. ¶ Item est illi  
obligata ad sustentationem corporalem mi-  
nistrandam. Nemo suis stipendijs militat u-  
nam. Ex hoc enim patet, q̄ Pastoris ad ouem,  
& ouis ad Pastorem mutua est obligatio, li-  
cet sit dissimilis Domini ad rem suam, rei  
possesse ad Dominum. ¶ Secundo possessor  
rem suam pro sola voluntate sua, alteri dare  
potest: Pastor autem, semper Pastor remanens  
ouem suam alteri dare prosua sola voluntate  
non potest, renunciando ius quod habet super

¶ \* \* \* \* 2 eam,